Di fronte a censure e critiche espresse da Platone, prima preoccupazione di Valier è di tutelare la funzione della retorica, senza tuttavia assumere una posizione critica nei confronti di Platone, la cui filosofia, secondo un'impostazione di fondo del suo magistero, viene conciliata con la tradizione aristotelica e adeguata alle istanze della fede cristiana.²⁸ Tale impostazione si avverte bene in una sua inedita lettura del *Gorgias*, tràdita da *recollectae* di allievi copiate alle cc. 47r-59v del ms. Milano, Biblioteca Ambrosiana, D 447 inf. (appartenuto a Gian Vincenzo Pinelli): appunti che, pur non essendo affatto inconditi, conservano tuttavia le caratteristiche tipiche di una attività didattica *in fieri*, risalente agli anni compresi fra il 1558 e il 1565, quando a Venezia, prima di intraprendere la carriera ecclesiastica, Valier tiene lezioni di filosofia nel rinomato *Gymnasium Rivoaltinum*, la prima scuola pubblica di filosofia veneziana, varata al principio del s. XV in adempimento del lascito testamentale di Tommaso Talenti.²⁹

Nelle *recollectae* ambrosiane (di cui alcuni stralci pubblico nella appendice al presente contributo) il concetto di retorica viene subito preservato e tutelato: la critica platonica sarebbe indirizzata non alla retorica in sé, ma a una falsa e corrotta retorica, la quale è stigmatizzata con l'espressione *popularis rhetorica*. L'argomentazione non è nuova né originale, ma di probabile origine ficiniana – è Ficino infatti che nella *epitome* del dialogo premessa alla sua stessa traduzione offre una interpretazione 'edulcorata' del dialogo, così come è stata giustamente definita da James Hankins³⁰ –; siffatta interpretazione viene assai più tardi recuperata e sintetizzata da Valier in passo della prima *praelectio* del *De rhetorica ecclesiastica*, c. A[2]r:

«Rheticam distinxit Plato, magnus sane philosophus; alteram in *Phaedro* nominavit philosophicam, cuius praeceptis, mortales ad bonum perducerentur, eamque miris laudibus effert; alteram in *Gorgia* dixit vilem abiectam et adulatoriam, qua lenociniis quibusdam populi allicerentur ac deciperentur. Quo loco idem Plato quatuor enumerat artes, duas ad animum, et duas ad corpus pertinentes. Praeceptorum copiam quibus animus conservatur appellat artem sive facultatem legalem, quamvis proprie scientia appellari possit; iudiciariam vero appellat facultatem, qua animus corrigitur. Idem scribit corpus conservari arte gymnastica, quae constat exercita-

²⁸ Tale impostazione è dichiarata da Valier nel *De recta philosophandi ratione*, Veronae, apud Sebastianum et Ioannes fratres a Donnīs, 1577, che è il suo contributo filosofico più noto e significativo (cfr. PATRIZI 2015a, p. 52); in particolare nel trattato è pubblicata anche una prolusione, priva di titolo (cc. 24r-26v), di cui PATRIZI 2015a, p. 50 ha giustamente posto in rilievo il passo seguente: «Aristotelis sententias conabor dilucide exponere, Graecos potissimum interpretes adhibebo, Averrois sententiam multis in locis explicabo; dubitabo cum res aliquid obscuritatis in se habere videbitur, in quaestionibus nobilissimis afferam Platonis sententiam, dissentiantne inter se summi philosophi, et si dissentiunt, qua in re dissentiunt considerabo, deinde quidquid repugnari videri posset Christianae pietati, quam colimus, et verissimam esse praedicamus, id confutabo (...)».

²⁹ Valier subentra alla cattedra rivoaltina in luogo di Iacopo Foscarini; alcune letture inaugurali da lui tenute in quella sede sono pubblicate nel cit. *De recta philosophandi ratione* (cfr. la nota precedente e su tutto ciò più in particolare vd. PATRIZI 2015a, pp. 49-56). Sul Talenti e il suo lascito testamentale vd. ora VENIER 2019.

³⁰ Cfr. per questo VENIER 2011a, pp. 27-28, dove ho riportato il passo più significativo di quella *epitome*.

tionibus moderatis et opportunis, medicina sanari, cuius tria sunt instrumenta (ut omnes sciunt) diaeta, pharmacia, et chirurgia, tutius autem instrumentum est diaeta, hoc est, ratio victus. Hac distinctione posita, vir admirabili ingenio praeditus facit quatuor artes adulatorias, abiectas et viles, quatuor (quas nominavi) simulantes et affectantes, sophisticam affectantem legalem, affectant enim sophistae et aucupantur famam sapientiae cum ab ea longissime absint, et quos venantur adolescentes (ut idem ait Plato) divites imprimis maxime solent, corripere; nominat oratoriam affectantem iudiciariam, patres enim patriae haberi voluerunt oratores, et cum saepe propriae gloriae studerent, seditiones maximas concitaverunt et respublicas everterunt, quam rem non est necesse pluribus exemplis confirmare; nominat fucatoriam quandam artem simulantem gymnasticam, qua nonnulli seipsos, et alios decipientes, coloribus et fucis quibusdam, imbecillitatem corporis, aut etiam morbos tegunt, et robustiores se esse iactant, quam sint, quod imprimis foeminarum vitium est, quae ridiculo et miserabili quodam conatu pulchriores student haberi quam sint, propriam faciem plerunque foedantes, et sibi ipsis et valetudini parum consulentes, quarta erat ars vilis, abiecta et adulatoria, quae simulabat medicinam, ars coquinaria, palato tanquam regi serviens, et corpora plerunque debilitans et corrumpens, qua distinctione, Socrates, Rhetoricam facultatem analogiam et proportionem quandam habere cum coquinaria per irrisionem dixit, quanquam (ut vere dicamus) ridentem dicere verum, quid vetuit? »

Il brano è fondato interamente sui materiali didattici da Valier anni prima approntati per le sue letture rivoaltine: infatti nelle *recollectae* ambrosiane si rinvengono i medesimi argomenti, in veste tendenzialmente più colloquiale e più ampiamente sviluppata (così la distinzione fra autentiche *artes*, o *technai*, e attività che fraudolentemente imitano quelle *artes*), nonché altre e ulteriori considerazioni. Vi è posto in risalto il procedimento dialettico usato da Socrate, vi si plaude agli insegnamenti morali che da esso si ricavano, ad es. la disponibilità ad accogliere le critiche e a perfezionarsi attraverso di esse; vi si accoglie pienamente la critica rivolta alla sofistica, che è secondo Valier una modalità falsa e pretestuosa di esercitare il potere della parola e di gestire l'attività politica. Parte notevole delle *recollectae* consiste in una sintesi parafrastica del dialogo (una sintesi con ogni probabilità compiuta sulla base della traduzione di Ficino, la cui interpretazione del *Gorgias* Valier dimostra di conoscere); l'esposizione termina in prossimità della prima parte dell'opera, laddove Socrate, avendo anche vinto le argomentazioni di Polo, conclude con il principio che è sempre meglio subire un'ingiustizia piuttosto che commetterla. Non è invece affrontata la seconda parte, quella più complessa e avvincente, dove prende la parola Callicle. Chissà se tale lacuna sia dovuta allo smarrimento o alla mancata trasmissione delle *recollectae*; o non piuttosto al fatto che Valier abbia interrotto la lettura proprio a quel punto, volontariamente rinunciando ad affrontare la seconda parte del dialogo: ipotesi non remota, considerando la carica rivoluzionaria delle tesi ivi contenute, affascinante e urticante insieme,

tale da destare fin da subito l'attenzione e l'interesse degli umanisti i quali per primi poterono rileggere il dialogo grazie alla traduzione compiuta da Leonardo Bruni.

BIBLIOGRAFIA

BARON, HANS

1989, *The Florentine Revival of the Philosophy of the Active Political Life*, in ID., *In search of Florentine civic Humanism: Essays on the Transition from Medieval to Modern Thought*, I, Princeton, Princeton University Press, pp. 134-157

BERTI, ERNESTO

2015, *Ancora una riflessione sul fondamento greco della versione di Leonardo Bruni del Fedone di Platone (codici Bodmerianus 136 e Tubingensis mb 14)*, in *Miscellanea Graecolatina III*, a cura di COSTA, S. e GALLO, F., Milano-Roma, Biblioteca Ambrosiana-Bulzoni, pp. 3-41

BRUNI, LEONARDO

1928, *Leonardo Bruni Aretino: humanistisch-philosophische Schriften mit einer Chronologie seiner Werke und Briefe*, herausgegeben und erläutert von BARON, H., Leipzig-Berlin, B.G. Teubner (Quellen zur geistesgeschichte des Mittelalters und der Renaissance, 1)

BRUNI, LEONARDO

1996, *Opere letterarie e politiche*, a cura di VITI, P., Torino, UTET (Classici latini, Autori della tarda Antichità, del Medioevo e dell'Umanesimo)

DODDS, ERIC ROBERTSON

1959, *Appendix. Socrates, Callicles, and Nietzsche*, in PLATO 1959, pp. 387-391

FUBINI, RICCARDO

2003, *Storiografia dell'umanesimo in Italia da Leonardo Bruni ad Annio da Viterbo*, Roma, Edizioni di Storia e Letteratura (Storia e Letteratura, 217)

GARIN, EUGENIO

1994, *La cultura filosofica del Rinascimento italiano. Ricerche e documenti*, Milano, Bompiani (Saggi tascabili, 34)

GENTILE, SEBASTIANO

1984, *L'«editio princeps» della traduzione ficiniana di Platone*, scheda n° 91 in *Marsilio Ficino e il ritorno di Platone*, Mostra di manoscritti stampe e documenti (17 maggio-16 giugno 1984), a cura di GENTILE, S., NICCOLI, S., VITI, P., Premessa di GARIN, E., Firenze, Le Lettere, pp. 117-119

HANKINS, JAMES

1991, *Plato in the Italian Renaissance*, second impression with addenda and corrigenda, Leiden-New York-København-Köln, E. J. Brill (Columbia Studies in the Classical Tradition, vol. XVII)

HANKINS, JAMES

2003, *Chrysoloras and the Greek Studies of Leonardo Bruni*, in ID., *Humanism and Platonism in the Italian Renaissance. I: Humanism*, Roma, Edizioni di Storia e Letteratura (Raccolta di studi e testi, 215), pp. 243-271

KATINIS, TEODORO

2018, *Sperone Speroni and the Debate over Sophistry in the Italian Renaissance*, Leiden-Boston, Brill (Brill's Studies in Intellectual History, 272)

MONFASANI, JOHN

1976, *George of Trebizond: a biography and a study of his rhetoric and logic*, Leiden, Brill (Columbia studies in the classical tradition, 1)

PATRIZI, ELISABETTA

2014, *La Rethorica ecclesiastica e l'Omiliario per la Chiesa ambrosiana scritti da Agostino Valier su istanza di Carlo Borromeo*, «History of Education & Children's Literature» IX/2 (2014), pp. 249-289

PATRIZI, ELISABETTA

2015a, *Pastoralità ed educazione. L'episcopato di Agostino Valier nella Verona post-tridentina (1565-1606)*. I. *Vita e azione pastorale*, Milano, Franco Angeli

PATRIZI, ELISABETTA

2015b, *Pastoralità ed educazione. L'episcopato di Agostino Valier nella Verona post-tridentina (1565-1606)*. II. *Lettere, decreti, ordinamenti e scritti educativi*, Milano, Franco Angeli

PIANTONI, LUCA

2019, *Speroni, Sperone (degli Alvarotti)*, in *Dizionario biografico degli italiani*, vol. XCIII, Roma, Istituto della Enciclopedia italiana (http://www.treccani.it/enciclopedia/sperone-speroni_%28Dizionario-Biografico%29/)

PLATO

1959, *Gorgias*, A Revised Text with Introduction and Commentary by DODDS, E. R., Oxford, Clarendon Press

PLATO

2011, *Gorgias Leonardo Aretino interprete* a cura di VENIER, M., SISMEL-Edizioni del Galluzzo (Edizione nazionale delle traduzioni dei testi greci in età umanistica e rinascimentale, 7)

PLATONE

1989⁴, *Tutte le opere*, a cura di PUGLIESE CARRATELLI, G., Firenze, Sansoni

SPERONI, SPERONE (DEGLI ALVAROTTI)

1740, *Opere... tratte da' manoscritti originali*, Venezia, Domenico Occhi

VALLA, LORENZO

1970, *De vero falsoque bono*, critical edition by DE PANIZZA LORCH, M., Bari, Adriatica editrice

VENIER, MATTEO

2008, *Note su due traduzioni umanistiche del 'Gorgia'*, in *Suave mari magno... Studi offerti dai colleghi udinesi a Ernesto Berti*, a cura di GRIGGIO, C. e VENDRUSCOLO, F., Udine, Forum, pp. 229-252

VENIER, MATTEO

2011a, *Introduzione*, in PLATO 2011, pp. 3-99

VENIER, MATTEO

2011b, *Nota al testo*, in PLATO 2011, pp. 103-232

VENIER, MATTEO

2019, *Talenti, Tommaso*, in *Dizionario biografico degli italiani*, vol. XCIV, Roma, Istituto della Enciclopedia italiana (http://www.treccani.it/enciclopedia/tommaso-talenti_%28Dizionario-Biografico%29/)

VERGERIO, PIER PAOLO

1934, *Epistolario di Pier Paolo Vergerio*, a cura di SMITH L., Roma, Tipografia del Senato, 1934 («Fonti per la Storia d'Italia pubblicate dall'Istituto Storico Italiano per il Medio Evo. Epistolari. Secolo XIV-XV»)

VERGERIO, PIER PAOLO

2002, *Ad Ubertinum de Carraria de ingenuis moribus et liberalibus adolescentiae studiis liber*, in *Humanist Educational Treatises*, ed. and translated by KALLENBORG, C. W., Cambridge (Massachusetts)-London, Harvard University Press, pp. 2-90

APPENDICE

Matteo Venier

Nel seguito riporto alcuni significativi luoghi delle *recollectae* del ms. Milano, Biblioteca Ambrosiana, D 447 inf., cc. 47r-58v: è una scelta limitata, funzionale a esemplificare il carattere della *lectura* del Valier. Nell'edizione del testo intervengo normalizzando la punteggiatura e l'uso di maiuscole e minuscole; fra parentesi quadre sono segnalate lettere da espungere; fra parentesi uncinate sono segnalate invece le necessarie integrazioni; correzioni più complesse sono riportate in nota a pie' pagina; in nota a pie' pagina esplicito anche alcune fonti citate dal Valier.

c. 47r Praefatio Augustini Valerii in Gorgiam Platonis.

Nescio an maiorem ullo ex philosophorum libro possitis percipere utilitatem quam ex Platonis dialogo qui inscribitur Gorgias. Discetis non tantopere expetendam esse dicendi facultatem, ut ignobile vulgus putat; non omnes qui copiose de quacunque re possunt dicere legitimos oratores esse appellandos; irridendum et puerilem strepitum verborum, quo multi occupantur populi gratia[m], longe abesse a vera eloquentia, quam sine sapientia reperiri non posse docet Plato in Phedro; qui, definiens rethoricam peritiam adulandi aliqua ratione respondentem coquinariae, popularem Rhetoricam definivit, in qua molestum est cogitare quot in civitatibus huiusmodi studium adhibeatur, Rhetoricam philosophicam non vituperasset, quam laudavit in Phedro, quam tribuit Socrati, quam positam putat in his, ut qui dicit mores, leges civitatum, naturas ingeniorum cognoscat, et sermone audientium animos sciat sibi conciliare, nec tamen studeat, ut ea quae dicit tam grata sint hominibus quam vera, iusta et Deo accepta. Qua ex re colligi potest quam pauci in arte rhetorica recte instituti inveniantur; multi qui oratores dici et haberi volunt, indigni sint eo nomine, et quanto rectius adulatores quam oratores dicerentur.

Nonne haec disputatio futura est vobis admodum utilis et iucunda? Ab hac iscriptus est dialogus Gorgias sive de rhetorica, Gorgias quoniam in eo quidam eo nomine appellatus popularis et fucatus rhetor, inanis gloriae cupidissimus, qui adolescentes nobiles et divites in primis magnis pollicitationibus alliciebat, vel potius decipiebat, proponebat se de quacunque re disputaturum, cuius audaciam ut comprimeret hunc dialogum scripsit, in quo praeterquam quod ignobilem et contemnendam esse pueritiam popularem rhetoricam docet, tradit etiam quasdam regulas disputandi, quas velim imprimatis in animis vestris, molestum esse non debere disputantis si redarguatur, si cogatur fateri, se id de quo disputatur nescire, deinde non esse respondendum pluribus verbis, si paucis dilucide responderi possit, digressiones, contentionesque in disputationibus c. 47v ridiculas et philosopho indignas esse, quo in loco ostendit nihil esse tam utile omnibus, quam repraehensiones admittere, praesertim in his, quae ad mores spectant, idque iucundissimum esse omnibus debere aptissima simili-

tudine declarat, si enim iucundius est sanari quam sanare alios, cur, cum iucundum sit reprehendere, reprehendi non debet esse iucundius? cum reprehensiones sint veluti medicinae quibus animi possunt sanari, si didiceritis admittere reprehensiones et monitores amare, praeceptum non minimi momenti et quod vobis non minimam utilitatem sit allaturum discetis.

Distinctionem etiam pulcherrimam artium observare poteritis, non nullas artes curare animum, alias corpus, animum recte instituere legalem, si lapsus fuerit, corrigere iudiciale; corpus conservare et robustius reddi gymnastica, restitui, si in aliquo morbum inciderit, medicina[e]. Quattuor artium quae sunt ad vitam maxime necessariae, locum affectarunt fucatae et adulatoriae quaedam³¹ artes, sophistica, rhetorica, ars colorum et coquinaria[e]. Etenim cum nihil sit homini tam usitatum quam errare et decipi specie recti, sophistica quadam ratione nonnulli cum leges civitatibus dare profiteantur et legum conditores appellari velint, sophistae potius sunt appellandi, cuius generis homines inventi sunt non pauci in quacunque republica. Itaque describatur hunc in modum sophistica industria, sive peritia docendi eas scientias et proponendi ea consilia, illas leges, quae videantur esse utiles, tamen non sint, idque tantum ad famam aucupandam. Aliam esse fucatae, sive adulatoriam facultatem dicebat Socrates, qua multi simularunt corrigere morbos civitatum, iustitiam tueri, et libertatem, utilitatem, et honestatem proponere, quae ab eo describitur facultas sive industria adulandi lenociniis verborum inprimis adhibitis, et actionis quadam venustate et appellata est rhetorica popularis, in qua utinam non tam multi versati fuissent omni tempore, et nunc *c. 48r* minime versarentur.

Itaque discetis, si absit sapientia, si desideretur bonitas, omnem dicendi facultatem esse adulatoriam, perniciosam et fugiendam, et probandam ex sententia Platonis cognoscetis illam descriptionem oratorem esse virum bonum, dicendi facultate instructum; nisi ponatur verbum illud ‘bonus’, qui dicit ut audientium animos cupiat, adulator popularis potius quam orator erit appellandus. Simulatae et fucatae aliae facultates sunt altera quae simulat gymnastica<m> industria profecto ridicula, qua nituntur non nulli, fucato quodam adhibito, videri et haberi pulchriores quam sint. Demum coquinaria simulat consulere valetudini, cum nesciat quid sit utile ad morbos depellendos. Affert Plato in hoc dialogo alia documenta admodum utilia et quae cum pietate christiana, hoc est cum vera sapientia, maxime consentiunt: minus malum, minus fugiendum, iniuria affici quam iniuria afficere, quod quidem etsi secus sentiat vulgus, verissimum tamen est, qui iniuria afficit peccat, qui iniuria afficitur non peccat, non peccare est minus malum quam peccare, quae ex re concluditur iniuria afficere magis fugiendum esse quam iniuria affici. Deinde discetis multo melius esse, et magis expetendum, poenas luere ei qui peccat, quam non luere; nam poenae sunt veluti medicinae animorum et impunitas insolentes homines facit. Alia praecepta colligere poteritis ex hoc dialogo, quae etiam commemorare esset supervacaneum. De hoc dialogo scribit Cicero Platonem in irridendis oratoribus videri oratorem sum-

³¹ quaedam *correxi*: quasdam *ms*

mum.³² Inridet oratores populares, adultores civitatum, non irridet eloquentiam, hoc est sapientiam copiose loquentem.

c. 48v Prima interpretatio in Gorgiam Platonis

Non est facile nobis praesertim in quibus omnia minus quam mediocria sunt in Platonis Gorgiam commentaria scribere. Nam nullorum commentariorum extant nobis vestigia ex quibus aliquam utilitatem possimus capere. Sed tamen nihil difficile esse puto illi qui amat, qui nihil cogitat aliud nisi prodesse studiis vestris. Commentaria tamen ita scribi a vobis permitto, ut tantum memoriae vestrae serviant, nunquam ex manibus vestris exeant. Dialogus inscriptus est *Gorgias*, sive *De rhetorica*, occasio dialogi fuit impudentia et arrogantia intollerabilis nonnullorum sophistarum Gorgiae, Pol[li]i, et quorundam aliorum. Philosophus optimus Plato, medicus animorum, civitatem suam morbo impudentiae curare studuit, et revera magnus est morbus civitatum, quo si adolescentes laborare incipiunt, ad nullam frugem perveniunt, et perniciosi et exitiales cives evadunt. Itaque quemadmodum alio in loco a nobis dictum est, nihil tam adolescentibus debet esse curae, quam ut a pessimis magistris caveant, vulgo et sophistis: sunt enim rerum externarum admiratores et magistri superbiae, vanitatis, incontinentiae et vitiorum omnium.

De rhetorica. Dialogus inscriptus est *De rhetorica*, nam in eo disputatur contra Gorgiam, qui maximum se esse rhetorem profitebatur, eique ostenditur a Socrate, quod non sit rhetorica, omnesque definitiones ambitiosas quas ipse excogitaverat, Socrates mirabili iudicio refellit.

Colligenda sunt documenta.

Socrates perennem inimicum fuisse sophistarum.

Mirabiliter in arte disputandi excelluisse.

Sophistas ad iracundiam plerunque provocasse.

Modestiae maxime omnium nobilissimum magistrum exitisse.

Optemus etiam ut hac tempestate socratici mores in multis reperiantur.

c. 49r Nos etsi in hoc dialogo videtur Plato rhetoricam irridere, necessarium putamus disputare, antequam progrediamur an rhetorica sit ars, et si non sit ars, quo nomine appellanda sit, deinde an sit utilis, an inutilis, demum quatenus in ea versandum sit. Paucis ut rem totam absolvamus, dicimus ex sententia doctorum hominum rhetoricam non esse appellandam proprie artem. Nam ars certis nobisque cognitae praecipue illisque ad unum finem tendentibus continetur. Rhetorica versatur in rebus incertis et ad aures vulgi se accomodat. Ergo non est proprie ars. Confirmare studuerunt hanc sententiam apud veteres multi, quemadmodum scriptum est a Cicerone in primo libro *De oratore*, quoniam natura sumus omnes satis propensi ad blandiendum, ad adulandum, ad refellendum ea quae nobis obiciuntur, et demum ad confir-

³² Cfr. Cic., *De oratore* I 47: «sed ego neque illis adsentiar neque harum disputationum inventori et principi longe omnium in dicendo gravissimo et eloquentissimo Platoni, cuius tum Athenis cum Charmada diligentius legi Gorgiam; quo in libro in hoc maxime admirabar Platonem, quod mihi in oratoribus inridendis ipse esse orator summus videbatur». L'argomentazione è assai diffusa nella apologetica umanistica della retorica.

manda ea, quae nobis videntur vera aut iusta. Cuius rei illud est indicium non paucos sine litterarum studiis sententias suas saepe persuasisse regibus, rebus publicis et populo. Sed, ut ego quidem existimo, illud quidem Aristoteles scribit, verissimum est, neque dissentit vir ille a praeceptore suo Platone: «rhetorica est facultas inveniendi quid in una quaque re sit aptum ad persuadendum».³³ Dicitur facultas quoniam uti ea et abuti possunt homines, et quoniam non semper assequitur finem sibi propositum. Non enim orator semper persuadet, et quanvis non persuadet, orator tamen appellari potest, modo apte dicat ad persuadendum. Notandum est nobiles scriptores varias inveniri definitiones rhetoricae, varias etiam ipsius eloquentiae et oratoris definitionem ab Aristotele traditam audivistis. Cicero quodam in loco eloquentiam appellat sapientiam copiose loquentem.³⁴ Quintilianus rhetoricam appellat artem persuadendi de rebus civilibus et describit oratorem virum bonum et dicendi peritum.³⁵ Quid igitur a vobis statuendum est? Quae definitio probanda? Definitiones quae a Platone allatae sunt, ideo a nobis non commemorantur, nam rhetoricae (ut ita dicam) sophisticae et popularis descriptiones sunt. (...)

c. 53r Itaque cum persuasio sit nomen ambiguum et duplicem habeat significationem, interrogat Socrates cuius persuasionis efficientem putat rhetoricam, cogit Gorgias dicere efficientem esse illius persuasionis, quae cum credulitate coniuncta est, deinde Socrates nullam aut minimam esse artem rhetoricam ostendit, nam multo rectius inquit de arte medica medicus poterit persuadere, de arte aedificandi aedificator, de republica administranda philo c. 53v sophus quam orator. Unde ortum habuit sententia illa quae est etiam a Cicerone commemorata in libris *De oratore*, satis unumquemquam eloquentem in eo quod sit, quod quidem exemplo rusticorum qui de rebus ad messem pertinentibus copiose et prudenter dicunt potest confirmari, quanquam haec sententia quae fuit socratica ab eodem Cicerone confutetur.³⁶ Gorgias has obiectiones audiens non poterat se ipsum explicare, et quasi se ipsum pudebat, quanvis esset inprudens, quod cum animadvertisset Socrates, per digressionem sibi aditum facit ad illum magis urgendum et narrat mores suos et inprimis consuetudinem illam in qua erat institutus, ut correctiones admitteret, idque quoniam semper putavit corrigi nihil aliud esse quam sanari. Ut enim corporis varii sunt morbi, ita etiam animi. Nam concupiscibilis partis est incontinentia, irascibilis furor, facultatis rationalis error, vel falsa opinio, quibus quidem rationibus admirabili modestia et lepore conditis Socrates sibi aditum facit, sumitque facultatem corrigendi-

³³ Cfr. Arist., *Rhet.* I 2 (1355b): ἔστω δὴ ἡ ῥητορικὴ δύναμις περὶ ἕκαστον τοῦ θεωρησῆσαι τὸ ἐνδεχόμενον πιθανόν.

³⁴ Cfr. Cic., *Partitiones oratoriae*, 79: «Nihil est enim aliud eloquentia nisi copiose loquens sapientia; quae ex eodem hausta genere, quo illa quae in disputando, est uberior atque latior et ad motus animorum vulgi quae sensus accommodatio».

³⁵ Cfr. Quint., *Institutio oratoria*, I *prooemium*, 9: «Oratorem autem instituimus illum perfectum, qui esse nisi vir bonus non potest, ideo quae non dicendi modo eximiam in eo facultatem, sed omnis animi virtutes exigimus».

³⁶ Cfr. Cic., *De oratore*, I 63: «atque illud est probabilius neque tamen verum, quod Socrates dicere solebat, omnis in eo quod scirent satis esse eloquentis».

dum Gorgiam.

Colligantur igitur haec documenta, non recte Gorgiam ipsius rhetoricae definitionem tradidisse, nam non attulit genus et differentias, cum dicit rhetoricam esse artem sermocinalem, non seiunxit rhetoricam a poetica et ab ipsa dialectica et, ut Plato ait, a musica et medicina. Ipsae enim artes etiam sermonibus utuntur, nos autem admonuimus et item admonemus dictam esse rhetoricam sermocinalem, quia utitur sermone, aliae autem sermone utuntur, sed referuntur ad opus ut medicina, aut ad contemplationem ut reliquae disciplinae. Et, quemadmodum diximus, omnes artes potissimum distinguntur a fine, ut doctis homines scribunt, non est illa definitio rhetoricae neque haec rhetorica est facultas persuadendi, nam duplex est persuasio, quemadmodum *c. 54r* diximus, altera cum scientia coniuncta, ut haec, altera cum credulitate.

Distinguendum igitur erat nomen ambiguum, nam ambiguitas est mater erroris, neque etiam recta fuit illa «rhetorica versatur in maximis negotiis»,³⁷ nam versatur etiam in mediocribus et minimis, ideo errorum plenae sunt sententiae Gorgiae, et diligenter confutantur a Socrate, quemadmodum unusquisque vestrum intelliget. Pergit Socrates interrogare Gorgiam, et adducit hominem sibi multum tribuentem ut pugnancia dicat. Nam cum interroget num ars rhetorica quam dixit versari in sermonibus iustarum rerum et iniustarum, interrogat num rhetor versetur eadem ratione in sermonibus iustorum et iniustorum, quemadmodum medicus in salubribus et insalubribus. Si medicus nomine medici dignus est, debet optime conoscere quae salubria sunt et quae insalubria, et de his ad eum pertinet disserere quando est opus, quod si orator novit ita iusta, quemadmodum medicus salubria, poterit etiam docere audientes quid sit iustum, quod quidem fieri non potest paucio tempore, et si fieri posset, orator summus philosophus necessario esset.

Cum id concessisset Gorgias, et Socrates absurdum ostendisset sequi ut oratores melius de omnibus rebus quae artibus traditae sunt, dicent quam ipsimet artifices et ostendisset si assentiatur his Gorgias fieri non posse, ut rhetor facultate sua possit abuti contra illud quod antea dixerat, Polus occurrit dixitque Socrati modestiae causa (a qua longissime aberat) Gorgiam esse assensum, non esse tamen assentiendum rhetorem facultate sua non posse abuti. Quo in loco animadvertite arrogantiam adolescentis, cum enim esset iunior et ad eum pertineret potius diligenter observare illa quae a Socrate et senioribus dicerentur, arripit impudenter disputandi occasionem, et discipulus magistri audaciae imitator pro magistro contra doctissimum hominem Socratem audet disputare (...).

³⁷ Cfr. Plato, *Gorgias* 451d: ΣΩ. λέγε δὴ τῶν περὶ τί; τί ἐστὶ τοῦτο τῶν ὄντων, περὶ οὗ οὔτοι οἱ λόγοι εἰσὶν οἷς ἡ ῥητορικὴ χρῆται; ΓΟ. τὰ μέγιστα τῶν ἀνθρωπείων πραγμάτων, ὧ Σώκρατες, καὶ ἄριστα. Nella traduzione bruniana il passo è reso così: «So. Tu igitur, o Gorgia, cum sit rhetorica ex iis quae verbo perficiuntur, dic quid sit id de quo huiusmodi sermones sunt, quibus rhetorica utitur. Go. Maxima et optima humanarum rerum negotia, o Socrates».